



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologia Christiana

Heripoli, 1694

Sæculum VII. Ab Anno 600. ad 700.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65495](#)

AB ANNO 500. AD 600. 10;
nutatione animam effundebant; Unde
sternutantibus più apprecandi con-
suetudo confirmata est.

••••• SÆCULUM VII.

AB ANNO 600. ad 700.

§. I. Romani Pontifices.

LXVII. **S**ABINIANUS Italus ~~*e-~~
lect. A. 605. *Gregorio* suc-
cessit, sed non sedid nisi
menses quinque; constituit coram ve-
nerabili Sacramento lumen perpetu-
um & ut ad horas diurnas in Ecclesiis
pulsaretur. Subitâ morte extinctus
An. 605. d. 11. Martii.

LXVIII. BONIFACIUS III. Ro-
man. elect. A. 606. Sedid non nisi no-
vem mensibus: à *Genebrardo Sanctus*
Pontifex appellatur. Illud effecit
per Phocam Imper: ut titulus PATRI-
ARCHA OECUMENICUS quem sibi *Con-
stantinopolitanus* Patriarcha superbè ar-
rogārat nulli præterquam Romano
Pontifici attribueretur; ob quam cau-
sam

sam ab Acatholicis multùm traduci-
tur, sed immeritò: mortuus est Anno
606. die 12. Novemb.

LXIX. S.BONIFACIUS IV. Ita-
lus Conf. elect: An. 607. qui cum PAN-
THEON in honorem B. MAR:Æ ad Mar-
tyres dedicasset mortuus est An. 614.
die 25. Maij.

LXX. S. DEUS DEDIT Roman:
Confess: elect: A. 614. vir minimè vul-
garis Sanctitatis, tantiq; meriti, ut le-
prosum osculo mundârit Baron: An.
614. mortuus An. 617. d. 8. Novemb.

LXXI: BONIFACIUS V. Neapo-
litanus elekt. An. 617. ab Anast: Bi-
lioth. in Pontif: elogio Moysis appella-
tur. *Vir mitissimus super omnes homines*
& misericors, &c. quâ virtute, gratiâ A-
postolicâ Asyla & immunitates Eccle-
siasticas introduxit. Obiit An. 625.
die 25. Octobris.

LXXII. HONORIUS I. Italus ex
Campania elect: An. 625. de quo V.
Beda in vita S. Bertolfi. Erat Honorius
Venerabilis Presul, sagax animo, vigens
consilio, doctrinâ clarus, dulcedine & hu-
mili-

AB ANNO 600. AD 700. 105

militate pollens. Obiit A. 638. d. 12. Oct.

LXXIII. SEVERINUS Romanus;
electus An. 639. fortissimus adversus
Hæreticum Imper: *Heraclium*, cuius fi-
dei Confessionem *Etheſin* appellatam
& à *Sergio* ex pluribus hæresibus con-
flatam, habito Concilio repudiavit &
damnavit, atque ortam exinde ingen-
tem persecutionem, Romæ expolia-
tionem, Cardinalium ejectionem &c.
intrepidè sustinuit. Obiit A. 639.

LXXIV. JOANNES IV. Dalmata
elect. A. 639. habita iterum Synodo
Romæ, eandem *Etheſin* nomine Im-
per: *Heraclij* à *Sergio* promulgatam
damnat, & *Heraclium* à proposito ab-
sterret, post captivos plurimos ab
Illyrica servitute redemptos, moritur
A. 64. die II. Octob.

LXXV. THEODORUS I. Hieroſo-
lymitanus elect: an. 641. damnat præ-
tentam fidei expositionem *Typum* ap-
pellatam, & à *Paulo* Constantinopoli-
tano Patriarchâ nomine *Constantius II.*
Monothelitis addicti, oblatam : exinde
hostium infestationes fortiter sustinet.
Moritur A. 649. d. 14. Maij. LXXV

LXXVI. S. MARTINUS I. Italus
 Tudertinus Martyr elect: Anno 649.
 Spatarius qui ab *Olympio* ad Martinum in ipsâ missæ celebratione occi-
 dendum missus fuerat, dum gladium
 levat, cæcitate percutitur, & *Olympus*
 Papæ reconciliatur. *Constans II.* autem
Martinum Constantinopolim addu-
 etum ut *Monothelitis* subscriberet, id-
 que renuentem dirissimè vexatum, in
 exilium *Chersonam* mittit, ubi miseriis
 confectus moritur A. 654. d. 12. Nov.

LXXVII. S. EUGENIUS I. Rom:
 elect: A. 654. Laudes ejus completi-
 tur *Anastasius Biblioth:* fuit *Euge-*
nus benignus, mansuetus, omnibus affa-
bilis, & Sanctitate præclarior. Obiit
Confessor An. 655. d. 2. Jnn:

LXXVIII. S. VITALIANUS Ita-
 lus Signiensis elekt: A. 655. ab *Anasta-*
sio Bibli: *Vir Sanctissimus* dictus. à *Con-*
stante (tametsi hærético) laureo libro E-
 vangelii pretiosè gemmis exornato
 liberaliter donatus. Organorum usum
 ad cantum in Ecclesias introduxit, mul-
 tis præclarè gestis moritur Sanctè An.
 669. die 27. Januar.

LXXIX.

LXXIX. ADEODATUS Roman: elect: an. 669. fuit Vir mitissimus benignissimus, ut omnem hominem à maximo usq; ad minimum libenter susciperet: peregrinos omni compassione prosequeretur, & neminem à se tristem aut repulsam ferentem dimitteret. ita ANASTAS: Biblioth: mortuus est an. 676. d. 27. Julij.

LXXX. BONUS, sive Domnus Roman: appellatur etiam CONUS sive CUNON: elect: an. 676. à Constantino IV. Imper: Catholico honorificâ legatione exhilaratus, redeuntem Ecclsiæ tranquillitatem primus iterum degustare meruit. Sedit laudabiliter & mortuus est an. 678. d. 11. April.

LXXXI. S. AGATHO Siculus Confess. ex ordine S. Benedicti elect. an. 678. æquè Santos ac doctus, ab usum illum à Lombardorum Rege Odoacro inductum, & à Græcis Imperatoribus continuatum (certæ pecuniæ à Neo-electis Pontificibus Romanis, Imperatoribus pendendæ) consensu Constantini IV. abrogavit. Concilio sexto Oecumenico habito, quod Constantino-polita-

politanum fuit, sanctè moritur An. 682
die 10. Januarij.

LXXXII. S. LEO II. Siculus Confess. elect: an. 683. ab ANASTASIO *Vir eloquentissimus; ab Onuphrio Sanctissimus & Eruditissimus*, à Centuriatoribus Magdenburg: *Vir Graecæ & Latinæ linguae solidè peritus*, ab Eccl. autem in Leðt: offic: *Verè Pater pauperū appellatur*. Mortuus an. 684. die 28. Jun: S. 10. M.

LXXXIII. S. BENEDICTUS II. Roman: Confess. elect: 684. à Baron: *Vir pietate doctrinâ & virtutibus Clarissimus*, ab ANASTASIO: in quo verè superna benedictionis gloria redundavit. Cui Constantinus IV. Filios suos *Justinianum & Heraclium*, tanquam Patri, solenni legatione commendavit, mortuus est an. 685. d. 7. Maij S. 8. m. 17. d.

LXXXIV. JOANNES V. Syrus Antiochenus elect: 685 sextæ Synodo ut legatus interfuit. *Vir fortis, doctus & moderatus* inquit Baron: an. 685. vix annum sedit laudabiliter & mortuus est an. 686. die 2. August. S. 1. an.

LXXXV. CONON seu CU NO THRAX

AB ANNO 600. AD 700. 109

THRAX Elect: an. 686. propter morum Excellentiam à Romanis dictus
Vir Angelicus obiit an. 687. 13. Octob:
sed: 11. m. 23. d.

LXXXVI. S. SERGIUS Syrus Antiochenus Confess: elect: an. 687. cum turpitudinis alicujus per calumniam insimularetur ab eâ divinitus per Os infantuli *Innocentem Sergium* pronunciantis vindicatus est. Multa perpessus à *Justiniano II.* sed malis omnibus Superior, & à Deo defensus. Obüt an. 701. d. 9. Sept.

§. 2. Romani Imperatores.

LIX. PHOCAS Imperator præclarus a decora tyrannide & lascivâ deturpavit. Ob thorum *Photini* constupratum, captus, Imperatoriis insignibus exutus, pullâ veste indutus, vincitusq; ad *Heraclium* ductus, cuius justu pedibus, manibus, humeris ac pudendis abscessis capite truncatur, totâ consanguinitate simul peremptâ: Bar. an. 610. n. 3. Reg: an: 8. SYMB: *Fornicam citim reperias quam retineas.*

LX.

32
n-
Vir
si-
us
n-
t:
r-
I.
n:
f-
r-
ui
n-
ai
st
s-
o
r-
x
s-
O
X

LX. HERACLIUS PHOCÆ Successor, à Syroë Persarum Rege, Filio Cosrois plures victorias & *S. Crucis lignum* retulit. Inde lapsus in hæresin *Monothelitarum* socordiâ suâ *Mahometanis* plures Provincias & ipsam *Jerusalemam* reliquit. Mortuus an: 641. Imp. 31. SYMB: à Deo Victoria,

LXI. CONSTANTINUS III. à novercâ *Martinâ Augustâ* quæ filium suum *Heracleonem* imperare cupiebat veneno interiisse scribitur. SYMB: *In-sana lata veluptas*

LXII. HERACLEON matris ac *Pyrrhi* Constantinopolitani Episcopi factione Imperium suscipit, sed brevi post à Senatu rebellante naso mutilatus unâ cum matre, cui lingua priùs evulsa est, perpetuo mulctatur exilio. SYMB: *Mali Principij malus exitus.*

LXIII. CONSTANS II. Infensus plurimum Catholicis, sed minas ejus parvi pendentibus præsertim *S. Maximino* Martyre. Cùm fratrem suum *Theodosium* Diaconum perimendum curasset, Baron: An. 656. n. 1. ipsem et Syra-

AB ANNO 600. AD 700. III

Syracusis in Sicilia peremptus est. An.
668. SYMB: *Parendum est necessitati.*

LXIV. CONSTANTINUS IV.

PROGNATUS dictus (Pogonatus, idem
ac barbatus, quia imberbis, unà cum
Patre *Constante* Constantinopoli in Si-
ciliam profectus, & inde largè & am-
plè barbatus rediit) Imperat: Ortho-
doxus, Ecclesiæ Catholicæ apprimè
addictus, æstimator, & defensor. Obiit
an. 685. Imper. 17. SYMB: *Quod citò
fit, citò perit.*

LXV. JUSTINIANUS II. Variam
& vitam, & fortunam habuit: nam de-
positus à *Leontio* ac naribus truncatus
in exilium ejactus est, sed & hoc per
Tiberium capto, naso truncato & Mo-
nasterio cuidam Dalmatiæ incluso *ju-*
stinianus restitutus est per Bulgaros:
Tiberium autem qui Ecclesiam & *Ioan-*
nem VI. valdè afflixerat, sustulit. *
Justiniano occiso successit *Philippicus*
Bardanes qui cum imperasset usque ad
annum 713. oculis orbatus, & in exili-
um missus est, & ejus loco promo-
tus *Anastasius II.* SYMB: *Justiniani*

Molti

*Multi nimium, nemo satiss. SYMB LEON.
TIBERII: pulchra concordia cordis & oris. SYMB:
PHILIPPICI SYMB: Fortuna citè reposcit
quod dedit.*

§ 3. Concilia.

ROMANA sub *Gregorio Magno*
an. 601. & aliud eodem anno, &
sub *Bonifacio III* an: 606. sub *Bonifa-*
cio IV. an: 620. Hispalente II. an. 619.
sub *Bonif. V*. Toletanum IV. sub *Ho-*
natio an: 633. V. an: 636. VI. 638. VII.
sub *Theodoro* 648. VIII. an: 653 sub
Martino IX. sub *Vitaliano* an: 655. Car-
thaginense contra Monothelitas an.
646. Aurelianense 650. Cabilonense
sub *Clodoveo II*. Clypiacense (pagus
est territorij Parisiensis in Gallia) an:
662. Emeritense in Lusitan: an: 666.
Braccarense an: 675. Mediolanen-
se contra Monothel: 679. Constanti-
nopolitanum III. Oecum: contra Mo-
nothel: Trullanum Quinisextum (sic
dictum quia à quinto & sexto generali
diversum est) reprobatum ex parte A.
692. Traiectense 697. Aquileiense 698,

S. 4. Schismata.

Schisma inter Clerum & exercitum, quod is Petrum Archi-Presbyterum, hic Theodorum Presbyterum caperet esse Pontificem; quæ divisio sic demum terminata est, ut utroq; excluso Conon electus sit A. 686. Conone defuncto recruduit dissidium inter se & atores Theodori & Paschalis 687. Græcorum à Latinis ab alienatio hic cœpta, donec in hæresin evadat, perdatque Græciam.

S. 5. Propagationes Fidei.

Flandria per S. Eligium ex aurifice Episc. Noviomensem, qui obiit an. 665. * Persæ iterum cum Rege Isagman. * Heribopolitani & Franci Orientales à S. Kiliano, qui obiit circa an. 608. Angli Orientales cum Sigeberto Rege per Mellitu Episc. 604. * Germani, Hollandi, Frisones per Willibrordum & Sunibertum. Episc. * Hispani, Judæi per Siseburtum Regem, * Sclavi ultra Danubium per tractum Vagi fluminis, & penes montes Carpathos.

§. 6. Persecutiones Fidei.

S. Kilianus Episc. cum Sociis Colomanno & Totnano jussu Gailæ. * **S.** Anastasius cum 70. Sociis occiditur in Perside 627. * **S.** Enemondus Archi-Episc. Lugdunens. Ebroini MAJORIS DOMUS artibus cæditur. * **S.** Aigulphus Lerinensis Abbas per falsos fratres cæsus 664. * **S.** Trudo martyr 670. **S.** Leodegaricus Augustodun: Episc. dire trucidatur per Ebroinum 685. * **S.** Lambertus ob notatum Scortum occiditur.

§. 7. Sanctitate Clari.

S. Augustin. Angl: Apostolus 600. **S.** Ioan: Eleemosyn: 600. **S.** Columbanus 617. **S.** Gallus 638. **S.** Emeranus 652. **S.** Gertrudis 664.

§. 8. Heretici.

G Nosimachi. Bayras. Cyrus Alexand. Patriarch: Sergius dementator Mahometis. Armeni. Ethnophrosi. Pater meneutæ. Lampetiani. Macarius Patriar. Antioch. Aginnenses. Maronitæ Marone Eustachis Surculo.

§. 9. Initia Religiosor. Ord.

S. Enemundus Episc. Lugdun. Sanctimoniales **S.** Petri instituit & fundat.

§. 10. Initia Regn. & Prince.

Chosroes fæde lacerat Romanum Imperium.* Africam *Sisebertus Hispanus.** Mahumetis in Arabia initium 617.* Calipharum Babyloniorū 634.* Regni Bulgarorum 630.* Britanniæ Gallicæ Princeps *Dagoberto Franco* se subiicit 640.* Magna Afri- cæ pars Rhodus & proximæ Insulæ Saracenis cedunt.* Primus Veneto- rum Dux creatur. 697.

§. 11. Instit. Sacror. Rituum.

Agnus Dei formula, ter repetita in missa introducta à *Sergio Papa* 690.* Orationes & cantus ad officium Ecclæsiasticum addidit *S. Gregorius & Gelasius Papa* circa an: 604.* Campanarum usus ad horas Canonicas & missas introductus à *SS. Martyribus & Festum omnium SS.* Institutum an: 609.* Organorum usus, aliorumq; instrumentorum primò in templo introductus.* Festum exaltationis *S. Crucis celebrius factum post victoriam Heraclij.** Ut altaria candidis operirentur

ac lineis pannis auctor fuit *S. Bonifacius* qui obiit A. 606.

§. 12. Nova reperta & Natales Vrbium.

Ignis Græcus (qui in aquis adurit, & alio nullo liquore nisi aceto extingui potest) *Callicini* architecti inventum, quod Saracenis Constantiopolim ob sidentibus caro stetit. * *Sabinianus* Papa horas diei tintinnabuli sonitu distinguere monstrat. * *Ferraria*, è Mapali in urbem evadit 606. * Urbs Sangalliensis in Helvetia conditur 630. * *Pampilona* per Reg. Bambam: 674

§. 13. Scriptores Sacri.

Disidorus Hispal Ep. D. Sophronius Ep. Esaias Abbas. D. Eligius Ep. Berengofus D. Eugenius Tolet. Ep. D. Ildephonfus Ep. Aahelmus Abbas. Anastafius Nicenus Ep. Ioan: Moschus. Antioch⁹.

§. 14. Naturalium Disciplinarum periti.

Dhilof. & Math. Martianus Capella philolog. Joannes Stobæus & Ennius Banke-realis. Poet. Pisides.

§. 15.

§ 15. Strategi & Prælia.

Etrius Mummoius Dux Sigiberti.
E* Terbellis Dux Bulgarorum strenuus. * *Heraclius* 150. hominum milia cum Saracenis configens amittit.*
Chosroes Persa de Christianis sæpe triumphator tandem subigitur.* Ducenta Saracenorum millia per Romanorum exercitum cæsa in Syria 698.

§. 16. Universitat. & Schole.

Scholæ Cantabrigenses in Anglia 630. Academia tamen serius instituta An. 1237.

§. 17. Res Memorabiles.

Persæ Crucem Sanctam asportant.
P* sed reportat *Heraclius* thecæ Signaculo post annos 14. intacto reperto 629. * Concilium Toletanum VI. Oecum. Sanxit Reges Hispaniæ in sua inauguratione præstare juramentum debere, se se Catholicam fidem defensuros, hinc cognomen acceperunt *Catholici* 638. * Saraceni Hierosolymâ potiuntur post biennii obsidio-

F 3 nem

nem Anno 638.* Solis Colossus inter mundi miracula recensitus confringitur à Saracenis, oneratis ejus ære camelis nongentis 647.* *Sigebertus Dageberti* Galliæ Regis filius 40. dier. puer cum à S. *Amando* baptizatur respondet *Amen*, postea Rex *Australis*, Ordinem ingreditur, sicut & *Bambæ Rex Gothorum* in Hispania.* Arabes navibus ducentis septuaginta ad Hispaniæ littora appulsi: & omnia devastantes, misso à Rege *Bambæ* exercitu vincuntur navibus omnibus igne exustis & submersis.* *Genebr. in Domno.** Circa an: 683 *Casarea* Persarum Régina *Constantinopolim* venit una cum marito & quadraginta Persarum milibus, ubi tam ipsa, quam illi baptizantur.* Judæi in Hispania contra Regem & Regnum, ac Christianos conspirantes bonis omnibus privati, æternæ servituti subiiciuntur Baron. A. 694. n. 6.

§. 18. Signa Event. Trag.

Signum in cœlo instar gladij, & terræ motus 30. dier. A. 632.* Cometes, quem

quem triennis siccitas secuta est 678.*
Romilda mariti proditrix palo infixa à
Cajano 600.* Idem innumeros mactat
 Christianos, quòd eos *Mauritius* viri-
 tim quatuor siclis redimere noluisset.
 * *Narses* jussu *Phœæ* vivus comburitur
 605.* *Bruxichildis* 10. Regum trucida-
 trix equinis caudis alligata discerpi-
 tur. Anno 618.



SÆCULUM VIII.

AB ANNO 700. ad 800.

S. I. Romani Pontifices.

LXXXVII. **J**OANNES VI. Græcus:
 ele&t: A. 701. obiit A. 705
 die 10. Jan. Liberalissimus Pont. irre-
 dimendis captivis à Duce Longobar-
 do *Gisulpho*, secutus etiam monitum
 Christi: (*benefacite his qui oderunt vos,*)
Gallinicum hæreticum Patriarcham
 Constantinop: & hostem suum infen-
 sissimum à *Justiniano* oculis privatum
 & Romam missum, ad dies vitæ libe-
 raliter sustentavit. LXXXVIII.